



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sermones per sacerdote[m] habe[n]di ad plebem in Missarum solenniis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

C Sermones aliqui per sacerdotem plebibus suis certis diebus festiuis in ecclesia intra missarum solennia faciendi ad earum instructionem et exhortationem.

C In Natiuitate Domini nostri Iesu Christi. Dicto offertorio in missa, sacerdos conuersus ad populum in hunc vel similem modum ipsum alloquatur.

In nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Amen.

Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit oī populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus filius dñs in ciuitate Dauid. Lucę 2. capite. Si recte consideremus dilectissimi, ex multis quidez aduertere possumus, et oculata fide percipere: quantum debeamus et obligati simus dño Deo creatori, saluatori, et redemptori nro: presertim autē considerantes huius sacratissime diei solennitatem qua sancta mater ecclesia ad memoriaz adducit illud singulare remediū: quod Deus oīpotens in salutē nostrā operari dignatus est: quia hodierna die vnigenitum suum a se eternallyter genitū, consubstantialē, coomnipotentē, Deus verū humana carne de sacratissima virgine sine aliqua macula vel sorde peccati spūs sancti virtute assumpta tēporaliter nasci voluit ad nostram salutē operandam: et ad eruedū nos de infinitis malis quibus eramus oppressi. Erasmus enim serui omni libertate priuati: et sub iugo diabolice et crudelissime captiuitatis astricti. Erasmus vulnerati et infirmi peccatorum et scelerū iaculis. Erasmus demū exules a celesti patria, et infernalibus claustris mancipati. Et ab his omnibus per hanc sacratissimā natiuitatem sumus liberati. Erasmus in quā primo serui, et omni libertate priuati pp peccā prīmi parentis nostri: et in nos diabolus impiā tyrannidem exercebat: nec vlla humana virtute poteramus liberari: et ideo venit ad nos dñs noster Deus verus, homo verus, qui hodie natus ex virgine sacratissima a tali nos seruitute liberauit. Unde Apostolus Paulus ad Gal. 4. capit. dicit, Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos q̄ sub lege erant redimeret scilicet a miserabili seruitute. Et Ista. 1. 6. capit. Domine Deus noster possederunt nos domini. diaboli absque te propterea visitaisti, supple humanū genus, et contriuisi eos. Demones. Erasmus secundo vulnerati, et sauciati,

ac infirmi vulneribus peccatorum, et debilitati iaculis peccatorum, et
morbis malarum operationum et inclinationum: nec bonum fa-
cere poteramus propter infirmitates nostras. Gen. 6. cap. Gen-
sus et cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescen-
tia sua. Venit ergo de celo singularis medicus: qui unctio-
ne misericordie sue gratia sua nos sanauit, solidauit, et roborauit
ad faciendum bona opera: et oleo misericordie sue nos perungit.
psalmus. Misit verbum suum id est filium suum, et sanauit eos. s.
homines. Unde beatus Bernardus in sermone de vigilia na-
tuitatis Domini dicit. Iesus Christus filius Dei in Bethleem
Iudee nascitur. Vos qui in puluere estis expergiscimini et lau-
date. Ecce Dominus cum salute venit, venit cum unguentis,
venit cum gloria: Neque enim sine salute Iesus: neque Christus
sine unctio: nec sine gloria venit filius Dei. Siquidem ipse sa-
lus, ipse unctio, ipse gloria. Eramus tertio exules a celesti pa-
tria, et paradisi porta clausa erat oibus hominibus propter in-
obedientiam Adae: nec ullus poterat eam introire. Venit ergo
Dominus noster: qui deuicta morte ianuam paradisi omnibus
credentibus et bene operantibus patefecit, et celestis regni he-
redes nos fecit. De his beatissimus Leo Papa in sermone hu-
ius diei sic inquit. Quisquis igitur christiano nomine pie, et fi-
deliter gloriaris, reconciliationis huius gratiam iusto perpende
iudicio. Tibi enim quondam abiecto, tibi exiurato a paradisi se-
dibus, tibi per exilia longa morienti, tibi in cinerem et puluerem
dissoluto, cui iam non erat spes ulla viuendi, per incarnationem
verbi potestas data est: ut de longinquo ad tuum reuertaris au-
thorem: recognoscas parentem: liber efficiaris ex seruo: de ex-
traneo proueharis in filium: ut qui ex corruptibili carne natus
es, ex Dei spiritu renascaris: et obtineas per gratiam quod non
habes per naturam. Hec tria charissimi proposita verba bre-
uiter continent: quia natus est nobis saluator: qui nos ab inti-
micis liberauit: quia natus est Christus, qui unctio-
ne misericordie sue nos a peccatis sanauit: interpretatur enim Christus
unctus: quia natus est nobis Dominus. s. vniuersorum, qui de-
dit nobis gloriam suam per eternam beatitudinem. Ideo susci-
pere debemus gaudium magnum: quod nobis Angelus euang-
gelizauit, sicut dicit sanctus Leo Papa: Saluator noster dilectis-
simum

funi

In diebus illis **Sermo** *de resurrectione*
si modo hodie natus est, gaudeamus. Neque enim locum fas est esse
se tristicum, ubi natalis est vite: que consumpto natiuitatis timo
re ingerit nobis de promissa eternitate letitiam. Nemo ab huius
alacritatis participatione secegnit: vna cunctis letitie com
munis est ratio. Hoc autem gaudium erit perfectum, si non in va
nitate et mundanis, sed in domino gaudebimus: ipsum laudan
tes, et has celebritates cum deuota meditatione tanti benefici
recolentes, iuxta doctrinam prefati sanctissimi pontificis, qui in
sermone huius diei sic dicit. Agnosce o Christiane dignitatem
tuam, et diuine consortis factus nature, noli in veterem vilitatem
degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis et cuius
sis corporis membrum. Memento quia erutus de pote
statibus tenebrarum translatus es in Dei lumen, et regnum per
baptismatis sacramentum. Spiritus sancti factus es templum.
Noli tantum habitatozem prauis de te actibus effugare, et dia
bolum te iterum seruituti subicere: quia precium tuum sanguis
Christi est: qui veritate te iudicabit: qui misericordia te redemit.
Qui cum patre et spiritu sancto nobis hic gratiam suam conce
dat: et in futuro eternam gloriam. Amen.

**In festo Epiphanię cantato Euangelio Diaconus pronun
ciat futurum pascha solenniter cantando prout supra.**

**Et postea in vernacula vel vulgari lingua ipsum pascha, et alia
festa mobilia declarat et pronunciat modo infrascripto, vel sibi vis.**



Charissimi superioribus diebus celebrauimus glorio
sissimam solennitatem natiuitatis Domini cum gau
dio et letitia spirituali: nunc autem, quia instant solle
nnia, in quibus dominus Deus saluator noster no
stram est operatus salutem: ad que nos debemus diligenter
preparare. Ideo sancta mater ecclesia catholica statuit et ordi
nauit, quod hodierna die talia festa pronunciantur: quia non sem
per eisdem diebus contingunt: sed omni anno variantur: et hoc
fit ut solennitas pasche semper in die dominico celebretur. Et
quia ad festum pasche quedam sunt solennitates que prece
dunt ipsum, et quedam que sequuntur: ideo eas omnes vobis
integraliter pronunciamus, ut eas seruare et celebrare valea
tis secundum rationem: qua a sanctis patribus fuerunt insti
tute. In primis die tali huius mensis erit Dominica in Sep
tuagesima

In Epiphania.

ptuagesima. In qua ecclesia commemorat tempus p^{er}u^{er}si-
tionis Ad^e. & cantica letitig interdicit, scilicet Alleluia. Subse-
quenter xviii. die post Septuagesimam erit dies cinerum, siue
caput ieiunii, siue prima dies Quadragesime, que erit hoc an-
no die II. mensis II. in quo debetis considerare fragilitatem
vestram: & ex humilitate suscipere cineres super capita vestra:
& qui possunt debent omni die, exceptis dominicis, ieiunare vs-
que ad sc^{ilicet} pascha. Quoties debetis vos disponere ad bonum:
odia relinquere, mala ablata restituere, elemosinas plus soli-
to facere: ecclesias, p^{re}dicaciones, & indulgentias libenter visitare,
audire & inquirere. Et vt sitis magis capaces: & vt meritorie ta-
lia bona facere possitis in principio Quadrage. oia pct^{ata} v^{ia} p^{ro}fi-
teamini integrit. Subsequenter die t^{er}cia mensis II. erit sc^{ilicet} pascha:
q^{uod} d^{omi}n^{us} sua gra^{tia} vos letanter & cu^m pura p^{ro}scia celebrare,
& sacratissimū sac^{ra}mentū digne suscipere cōcedat. Post trigesimū se-
xtū diē a pascha. s. trigesimo septimo, sunt dies Rogationum, in
quibus sunt p^{ro}cessiones g^{ra}uales pro ira Dei placanda: & p^{ro} con-
seruatione frugum: & hoc anno incipiet die II. mensis II. Qua-
dragesimo die a paschate est festum Ascensionis: quod erit die
II. mensis II. Et post dies decem erit festum Pentecostes: in
quo dominus misit spiritum sanctū in Apostolos: quod erit die
II. mensis II. Ad quod debetis vos humiliter p^{re}parare: vt gra-
tiam sancti spiritus recipere possitis. Sequenti dominica erit
festū sanctissime Trinit. Et fer. v. idest die iouis sequenti erit fe-
stū sacratissimū Corpus Ch^{risti}: q^{uod} erit die II. mensis II. Demū ite-
rū aduentus d^{omi}nⁱ. i. prima d^{omi}nⁱca Aduent. D^{omi}nⁱ erit die II. mensis
II. Hec sunt charissimi t^{em}pora, & hi dies: in quibus festa huius anni
concedente domino celebrantur. Et licet transeant omnia que
temporaliter festiue celebrant: curare tamen debemus ita eas
celebrare: vt in earum celebratione apud Deum aliquid adipi-
scamur. Curate ergo vos qui huiusmodi solennitatibus inter-
estis: ne ab eterna solennitate separemini. Quid enim vobis pro-
derit interesse festis hominum, si contingat deesse festis ange-
lorum: P^{ro}stet concedatq^{ue} vobis dominus tales celebratōes
sancte & pure celebrare: vt ad perpetuas celebratōes perueni-
re valeatis. P^{ro}stante domino Iesu Ch^{risto}: qui hic gratiam
tuam, & in futuro gloriā nobis sua benignitate concedat. Amē.

C In die sancto Pasche sacerdos in missa post offertorium conuersus ad populum poterit ita cum alloqui: *vel alter, vt placuerit ei.*

Hec dies quam fecit dñs: exultemus ⁊ letemur in ea. ps 117. Hodie dilectissimi est festus Pasche. s. Resurrectionis dñi nostri Iesu Chri. Pascha. n. transitus dñi ⁊ dñs nr Iesus Chri transit de morte ad vitā gloriosā ⁊ sempiternā. Et licet festa alia. s. Annunciationis, Natiuitatis, ⁊ passionis dñi, qz in his recepimus maxima beneficia: qz in primo incarnatus est, in secundo manifestat⁹, in tertio nos suo p̄cioso sanguine redemit, sint summe veneranda: in festo tñ Resurr. magis tenemur Deo gr̄as agere: quia in eo habuimus certā securitatē vite eterne. Et p̄p̄ea debemus gaudere, ⁊ letari in ea: qz hec dies quaz fecit dñs securitatis ⁊ certitudinis salutis nr̄e. Est aut̄ multiplex rō, quare debemus in hac die exultare ⁊ letari. Prima qz nos satiauit hodie suo sacratissimo corpore ⁊ sanguine: qz famelicus valde gaudet bona comestione. Quaz p̄ciosa aut̄ sit comestio quā hodie sumpsimus, ex hoc apparet: qz p̄ciosissimum corpus, ⁊ aīa, ⁊ diuinitas dñi nr̄i Iesu Christi: in qua significatur status beatitudinis: in qua dabit se ipsum inseparabiliter ⁊ inamissibiliter, ⁊ immediate visibiliter. Quale donū, vbi Deus dat seipsum: in quo est oē qd̄ desiderari p̄t: ⁊ nunquā recipiens digne poterit esse pauper. Quā ve rē pauper est, qui tali cibo non est cibus: qz non suscipit vitā gr̄e, que in tali sacro est. Sc̄do debemus gaudere: quia de inferno nos liberauit: qui descendens ad infernū p̄triuuit portas ferreas, ⁊ vectes ferreos cōfregit. ps 106. Porte greḡ inferni sunt cupiditates ⁊ vitiosę cōsuetudines hoīū, que non sūnt clausos in eis exire. Sed Chri tanq̄ alter Sanson apprehendit ambas fores. i. cupiditates, ⁊ malas p̄suetudines: ⁊ eas super se tulit, eas sua passione delendo: ⁊ ipse ascendit montē. s. celi empirei. Judi. 16. Tertio debemus gaudere p̄ Resurrectionem suā: qz in ipsa dedit nobis certitudinē cognitionis. Nā multū gaudet qui desideratū videt. Ante resurrectionē Chri erat absconditus quo ad diuinitatē sub velo humanitatis: ideo nō poterat gloriofa. Jo. 12. cap. Hoc non cognouerūt discipuli eius p̄m̄: sed

sed qñ glorificatus est Iesus recordati sunt, qz hec scripta orant
de illo. Quarto debemus gaudere et letari in eius resurrectione:
ne: qz per eam ianuam celi nobis aperuit: et sibi et sanctis angelis
deducunt. Non solum autem ianuam celi aperuit: sed et, quatuor doctri-
bus insignibus corpus nostrum dotabit. scilicet subtilitatis, claritatis,
impassibilitatis, et immortalitatis: quas omnes eius corpus post re-
surrectionem habuit: quas domos et nos habebimus: si eius man-
data seruauerimus: qz tales uult apud se habere, et glorificare. Hec
omnia a sanctis Doctoribus clarissime declarant, quod breuitatis causa
pertransio. Igitur hodierna die debemus exultare et letari: quia
dominus eam fecit. Et notandum quod dominus hac die sue resurrectionis ap-
paruit decem generibus personarum, que figurant personam, que
digne erunt eterna gloria. Primo penitentibus. scilicet Maria
Magdalene peccatrici, sed penitenti. Ista apparitio fuit fi-
gurata in manna. Exo. 16. cap. Ubi dicitur quod apparuit manna in so-
litudine minutum, et quasi pilo tussim in similitudinem pluuie super
terram. manna diuine gratie apparuit penitenti minuto in contri-
tione, et tussim in confessione: quasi pluuia in satisfactione. Secundo
feruentibus. scilicet tribus Mariis: unde venerabilis Beda: Consi-
lens imbecillitati querentium, primo uenientibus ad monumen-
tum feminis suo amore feruentibus, et curiosius inquirentibus
angelorum uisionem ostendit: et tandem ipse dominus uirtutum eis apparens
quanta potentia mortem quam ad horam gustauerat deuicisset, ape-
ruit. Significat quod feruentes in bonis operibus Christum merentur.
Sap. 1. cap. Sapientia, id est Christus eterna Dei sapientia inueni-
tur ab his qui querunt eum: cum seruoze: sicut fecerunt iste sancte
mulieres. Tertio amare silentibus: et hoc figurat in Petro, cui
dominus apparuit. Luc. 24. Surrexit dominus et apparuit Simoni, id est
Petro, qui amare sicut petrum suum. Et de ipso scribitur. Iere.
31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miseris rur-
sumque edificabo te. id est dominus apparet silentibus peccata, et redificat
ad uitam gratie. Quarto apparuit charitate habentibus: et hoc signifi-
catur in duobus discipulis euntibus in Emaus, qui charitati-
ue inuitauerunt inuicem coegerunt eum, ut secum hospitaret. Quin-
to his qui sunt clausi sensibus corporis: et mentem eleuant ad con-
templationem, et hoc figuratur in Apulis, qui erant clausi absente

Ha a a Iho

Thomas. Serto veraz fide habentibus: quod signatum fuit in apostolis, qui simul cū Thoma erant congregati: et Thomas eius verum deum et verum hominem est confessus. Septimo predicatoibus et doctoribus, quod figuratum est: quoniam discipulis ad mare Tiberiadis piscantibus apparuit, et eos piscari docuit. doctores et predicatores semper instruit. Octavo his qui transiunt a culpa ad gratiam: quod figuratur in apparitione facta discipulis in Galilea: que transigratio interpretatur. Nono his qui digne sumunt sacramentum eucharistie, quod figuratur quando apostolis recumbentibus in cenaculo dominus apparuit. Decimo, habentibus misericordiam proximo, et tribulatis ex compassione mentis: quod figuratur quoniam apparuit discipulis, qui tristes erant de suo recessu: et duxit eos in montem Oliveti: et benedixit eis: et in celum ascendit. Conemini igitur charissimi habere has proprietates: ut digni sitis: quod Christus vobis per gratiam spiritualiter appareat. Unde beatus Augustinus in sermone de hac die dicit. Peccator de indulgentia desperare non debet. Si in latro paradysum meruit: cur non mereatur veniam christianus? Et si illi dominus dum crucifigitur miseretur: multo magis huic miseretur dum resurgit. Nam si passionis humilitas Deum prestatu confitenti: resurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Igitur cum beato propheta et rege David: cum hoc sit dies quam fecit dominus, exultemus et letemur in eo. Ut ad veram resurrectionem nos perducatur Iesus Christus dominus noster per gratiam, et in futuro per gloriam. Amen.

In celebratione nuptiarum sermo.

Honorabile connubium in omnibus thorus immaculatus: fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus. Apost. Paulus ad Hebr. 12. concedente domino celebraturi sacramentum matrimonij inter istas personas, Charissimi, pro aliqua brevi vestra consolatione aliquot verba duxi charitatibus vestris ad hoc propositum inducere, et pro omnia informatione. Unde scire debetis, quod fuerunt quidam heretici pessimi, qui Tatiani et Martiani dicti sunt: qui omnino damnabant sacramentum matrimonij: illud fornicariis et raptoribus comparantes. Verum ecclesia catholica hoc errore damnato nuptias legitime factas approbavit: ut habetur dist. 33. ca. Si qua

liter vivere. Prima est q̄ vir d̄ diligere vxorē, & vxor virum non
 amore ribaldorum, sed virtuosorum. Ad Ephe. 5. Viri diligite
 vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam. Christus autē
 dilexit ecclesiam vero amore, & animam suam posuit pro ea.
 Vir autem qui vxorem suam diligit, seipsum diligit, vt dicitur
 ad Ephe. 5. Iste amor debet habere quatuor. scilicet maiozitatem,
 perpetuitatem, precordialitatem, & singularitatem: que figu-
 rantur per anulum, qui significat coniunctionem viri & mu-
 lieris. Nam anulus debet esse aureus: quoniam ille amor ex-
 cedit omnes amores sicut aurum metalla. Secundo anulus
 est rotundus, quia amor ille nunquam debet finire nisi per mor-
 tem. Tertio in digito quarto ponitur ex quo vena procedit ad
 cor. Quarto est vnus & non duo: quia coniugium sanctum & im-
 maculatum non admittit alium virum, nec aliam vxorem. Sec-
 unda regula est ^{in illis q̄} r̄ipere vxorem suam, & mulier
 debet t̄nere & arare. Unde beatus ^{Paulus} dicit. Si non ambulauerit ad
 manū. Peccator de indulgentia delictu inimicorum r̄uozum.
 Si paradisi meruit: cur nō mereat que dam sunt probate, &
 si illi dominus d̄m crucifigitur la tales delectant virum.
 Et miserebitur d̄m resurgit. Nam f̄ virum suum. Alię suspectę
 & iste sunt confitenti rebus, & sub manu viri tenendę: aliter
 magnum periculum est. Que dam sunt medię: quia adhuc non
 bene probate: & iste nec nimis arctadę, nec nimis latadę sunt.
 Est autē vxor corripienda tribus modis. Primo, secundum
 timorem Dei. Secundo, secundum confusionem mundi per
 opprobria. Tertio, baculo: vt dicit Chrysostomus super Mat-
 theum. Tertia regula, vir debet honorare vxorem suam, & ipsa
 virum suum reuereri. 1. Pet. 3. Infirmiori vasculo honorem im-
 pertientes. Tenetur enim vir magis honorare vxorem, quam
 vxor virum: exemplum de phiala & mortario: & vxor debet re-
 uereri virum verbis: & opere: exemplo Sare, que virum suum
 dominum appellabat. Quarta regula est, q̄ vir debet cōuersa-
 ri & cohabitare vxori: nec ipsa debet a viro suo discedere. Nam
 talis separatio est causa multorum malozum. Unde nec pro-
 pter infirmitatem, nec propter quamcunq̄ aliam causam vir
 debet dimittere vxorem, nec vxor virum, excepta causa fornica-
 tionis. Matth. 5. Omnis qui reliquerit vxorem suam, excepta
 causa

In celebratione nuptiarum.

causa fornicationis, facit eam mechari. Est Apostol. i. ad Cor.
7. Precipio non ego, sed dñs. q̄ vxor nō discedat a viro. Quin-
ta regula est. vir debet vxorem suam gubernare, et ipsa virum
suum iuuare. Nā tenetur eam alere, et vestire, et c. Vtra illos qui
comedunt oīa que hnt in tabernis: et vxor remanet domi fidelis
dentibus: et etiā vxor debet iuuare virum iuxta illud Gen. 2. Fas-
ciamus ei adiutorium simile sibi. Sexta regula, vir debet red-
dere debitum vxori, et vxor viro. i. Cor. 7. Vxor vir debet red-
dat: similiter aut viro mulier. Vxor. n. non habet p̄tatem sui cor-
poris, sed vir: similiter vir non habet p̄tatem sui corporis, sed
mulier. Nolite fraudari adinuicem, nisi ex p̄sensu ad tps, vt va-
cens orationi: et iterum reuertimini in idipsum: ne forte tentet
vos satanas pp̄ incontinentiam v̄iam. Debent aut abstinere a
coitu coniuges tpe cōionis, festiuitatum, ieiuniorum, p̄ceptis,
et ab lactationis pueri: et tpe menstruorum. Iste sunt sex hydrag-
posite ad purificationem matrimonij. Tertio est honorabile ma-
trimonium ex prolis educatione. De hoc dicit David ps. 127.
filij tui sicut nouelle oliuarum. s. pulchri moribus semper vi-
rides virtutibus, victoriosi in tribulationibus et tentationib:
oleum producentes in miserationibus. Equidem h̄e bonos
filios et bonas filias non est in p̄tate parentum, sed dei misere-
tis. Legimus. n. multos sanctos patres filios pessimos habuisse:
sicut Abrahā, Ismael, Isaac, Esau, Jacob filios, qui Joseph
fr̄em venderunt Ezechias rex Manassem: et cōtra mali p̄s
habuerunt bonos filios, sicut Amōn Josiam. Debent tñ pater
et m̄r sicut nutriunt corpus filij: ita et aīam instruere per bonā
doctrinam. Et qñ quis vxorem accipit: s̄m Chrysof. debet in-
uestigare vitam parentum eius: quia vt plurimū filij moribus
assimulantur parentibus. Et sepius mediatores nuptiarum mul-
ta mendacia dicunt. s. q̄ pessima iuencula dicitur bona, et lu-
sor, et ebriosus videtur modestus: et hoc est magnū pecc̄m. Ideo
patres debent filios suos, et filias admonere vt sint puri in ex-
teriori conuersatione, remouendo eos ab inhonestis, et assuefa-
cientes eos laboribus et literis: ab eis societates malas amouē-
do: ad ecclesiam sepe eos ducentes tam filios quam filias, con-
tra illos qui filias domi relinquunt solas et sepe eos, cum va-
cat, in societatem ducere debet, et vt optimi sint curare tenen-



tur. His igitur modis honorabile erit connubium, et thorus
impulatus. Et sic faciendo et hic habebitis gratiam, et in fu-
turo gloriam. Ad quam nos perducatur Iesus Christus domi-
nus noster, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per om-
nia secula seculorum Amen.

In electione alicuius prelati. Plebani, Archipresbyteri vel
Rectoris alicuius ecclesie, Sermo.

Sacerdos maior illius ecclesie, vel alius cui id commissum
fuerit, congregatis electoribus pro electione, poterit infra scri-
pta vel similia verba pro future electionis celebratione exhor-
tatoris ipsis facere.



Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatus
est a domino tanquam Aaron. Heb. v. cap. Celebra-
turi electionem futuri Plebani, domini observan-
dissimi, non incongrue verbum prefatum assumpsi:
quo clare et evidenter Apostolus Paulus qualem prelatum
debeatis eligere vobis insinuat, videlicet, tales qui huiusmodi
honorem ambiciose non querat, qui secundum voluntates Dei
sit, et qui ornatus virtutibus tanquam Aaron existat. Non enim
huc convenistis ut terrenum et corporis vobis eligatis prefe-
rum: sed ut pastorem animarum vestrarum, mediatorem inter
vos et Deum: qui vos Deo omnipotenti reddat gratos et acce-
ptos: qui animarum vestrarum saluti intentus sit, diligens vi-
sidium correptor, et virtutum plantator in vobis existat. Qui
doctrina, exemplis, opere et charitate, ad eternam vos salutem
perducatur. Cum igitur spiritualem patrem eligere et animarum
vestrarum curatorem creare debeatis: tanto magis debetis
eniti ad tales electionem: quanto maior et potior anima corpo-
re existat. Hoc autem facietis: si ea que vobis beatus Aposto-
lus proponit, servaveritis, videlicet quod eligatis non eum qui
arroganter sibi hanc plebem usurpare conatur, sed virum a
Deo vocatum et virtuosum: prout dicebat thema assumptum.
Neque quisquam sibi sumat honorem: sed qui vocatus est a Deo
tanquam alter Aaron. In quibus verbis tria facit Apostolus.
Primo ambiciosum excludit. Secundo canonicam institutio-
nem inducit. Tertio dignam executionem exprimit. **P**rimo
ergo ambiciosum excludit. Sunt enim qui appetant alijs pre-
poni

poni: non ut eis profint: sed vel ut alijs sint superiores, vel pro-
 pter diuitias, vel propter proprias commoditates. Hos tales
 excludit Deus. ps. lxxiij. Peccatorum costringam cornua. s.
 ambitionis, et exultabunt cornua iusti: et Amos. 6. cap. Quia
 in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et sanctus
 Leo Papa, ut habetur. i. q. 1. capit. principatus. sic ait. Principia-
 tus quem metus extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si mor-
 ribus vel actibus suis non offendat, ipsius tamen inujsu suu exem-
 plo est perniciosus: et difficile est ut bono peragantur exi-
 malo sunt inchoata principio. Et beatus Augustinus, ut habe-
 tur. 8. q. 1. capit. Qui episcopatum. Locus superior, sine quo regi
 populus non potest: et si tenetur et administratur ut decet: sa-
 men indecenter appetitur. Propterea sancti cum eligebantur
 a populis ad prelaturas, fugiebant, renuebant, et acceptare re-
 cusabant. Exemplum habemus de sancto sanctorum Christo dno,
 qui sciens quod populus eum volebat facere regem, aufugit, Iohan. 7.
 et sancti Gregorius, Ambrosius, Augustinus, et multi alij electio-
 nem de se factam nisi coacti recipere noluerunt: ut ostenderet non
 ne per ambitionem ad prelaturam assumendum. Cum igitur intelligatis
 inconuenientiam ambitionis in prelatis, studeatis tale eligere, qui
 hoc vitio careat: ut ipse et sue et vestre salutis consulere possit: et
 sit ut seruus fidelis: qui domini sui gregem humiliter pascat,
 et non ut dominus cleri et populi: qui omnes velit despicere, et se
 ipsum extollere. Unde pastor ecclesie Beatus Petrus Aposto-
 lus veros prelatos admonet dicens: Pascite qui in vobis est
 gregem Dei: prouidentes non coacte: sed spontanee secundum
 Deum: neque turpis lucri gratia: sed voluntarie: neque ut do-
 minantes, in clericis, sed forma facti gregis ex animo. Et cum ap-
 paruerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glo-
 rie coronam. **C** Secundo canonicam institutionem inducit:
 quia Deo vocatus. Dicit. n. a Deo vocari, quoniam canonicas insti-
 tutiones Dei ecclesie instituitur. Nam de malis rectoribus Deus
 dicit. i. Reg. Ferunt sibi regem et non pro me, principem, et non pro consi-
 lium meum. Super quo verbo Beatus Hieronymus, ut habetur. q.
 in ea. Audacter. Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum
 est dicimus. Non semper princeps populo et iudex ecclesie per
 Dei arbitrium dat, sed put merita nostra deposcunt. Si mali sunt
 actus

Sermo in electione alicuius

actus nostri, et operemur maligna in conspectu domini, nobis
dantur principes secundum eorum nostrum. Et hoc tibi de scri-
pturis probabo. Audi nunc quid dominus dicat. fecerunt sibi re-
gem, et non per me. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem utique
ipse dominus elegerat, et regem sibi fieri iusserat. Sed quoniam non secundum
dei voluntatem, sed secundum meritum peccatoris populi fuerat electus,
nec secundum sua voluntate et consilio constitutum. Tale ergo aliquid
intelligamus in ecclesiis fieri, quod pro meritis aut in verbo aut
in opere potens tribuitur rector ecclesie; aut si malignum faciat
populus in conspectu domini, et tales perseverent, talis ecclesie in-
dex datur, sub quo famem et sitim populus patiatur, non famem
panis, nec sitim aque, sed famem audiendi verbi dei. Qualis autem
eligendus sit prelatus. Idem Hieronymus. 2. q. 1. c. dicit sic dicit. Re-
quiratur ergo in ordinando sacerdote populi pietas, ut sciant omnes,
et certi sint, quod qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui
sanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligitur ad sacerdo-
tium. Non igitur eligendus est plebanus pro precibus parentum,
amicorum, et (quod turpe est dictum) infamium personarum: sed
pro Dei reverentia talis eligendus, est qui possit populo pro-
desse, cuius vita probata sit et laudata, et omnibus eius probitas
manifesta. Tertio videre debemus in sacerdote eligendo di-
gnam executionem, scilicet quod exequatur digne opus Dei: et hoc ibi, tan-
quam Aaron, Aaron enim quadruplici signo in virga ostensus est
vocatus a domino: per quatuor illa spiritualiter habita videtur voca-
tus esse a Deo in prelatura. Primus fuit in virga gemina-
tio, et intelligitur delinquentium correctio, que debet esse in prela-
to. Esa. 11. Egredietur virga de radice Jesse, quod interpretatur
zelus. Unde Augustinus. 2. 4. q. 3. Corripiantur a prepositis subditi,
correctionibus de charitate venientibus, pro culparum varie-
tate diversis, vel minoribus, vel amplioribus. et infra: pastoris
officium est, cum necessitas habet, ne per plures serpentis dira
stagna, separare ob omnibus sanis morbidam, ab illo cui nil est im-
possibile ipsa forsitan separatione sananda. Secundum quod fuit
in virga Aaron est, quod postmodum floruit, in quo significatur bo-
nesta conversatio. Eccle. 2. 4. Flores mei fructus honoris et bo-
nestatis. Unde beatus Hieronymus. 8. questio. 1. dicit qualis erit edifi-
catio discipuli, si intelligat se magistro esse maiorem: Unde non
solum

solum epi, presbyteri, & diacones debent magnopere provide-
re, vt cunctū populū cui president quersatione & sermone pre-
eant: verum etiam inferior gradus, vt exorciste & ceteri omnes
omnino qui domui Dei deseruiunt: quia valde Dei ecclesiam
destruit, laicos meliores esse quam clericos. **Tertium** est qd
virga Aaron fronduit: in quo significatur verbi predicatio. ps
1. & folium eius non defluet. Unde distin. 4. §. 1. dicitur qd inno-
cens absque sermone conuersatio, quantum edificat ecclesiam
in exemplo, tanto nocet silentio, & beatus Aug. in c. Sit rector.
Ibidem idem habetur: & sunt verba Gregorii. **Quartum** est
quod in virga amygdalas produxit: in quo notatur compassio.
Thess. 5. c. Suscipite infirmos: & Leo Papa distin. 86. Odio ha-
beantur peccata, non homines: corrigantur tumidi: tolesetur
infirmi. & 6. q. 1. Clemens. Si tanquam omnibus pesse volueris
singulos prout poteris auua: & singulos releua: qui & singulo-
rum onus ac solitudinem portas. Ea propter domini mei ob-
secro vos: vt his & alijs que adduci possent consideratis: talem
eligatis huic ecclesie in pastorem, qui vobis & ei possit prodes-
se & non obesse. Unde audiatis beatissimum Leonem Papam
dicentem: & habetur 61. dist. c. Adramur. Adramur apud vos
tantum aut occasionem temporis impacati, aut ambientium
presumptionem, aut tumultum valuisse popularem, qd indignis
quibusque & longe extra meritum sacerdotale constitutis pasto-
rale fastigium & gubernatio ecclesie committeretur. Non est
enim hoc populo consulere, sed nocere: non prestare regimen:
sed adiuuare discrimen. Integritas enim presidentium salus
est subditorum: & vbi incolumitas est obedientie: ibi est sana for-
ma doctrine. Quod si quibuslibet ecclesie gradibus sollicite
prouidenterque curandum est: quanto magis elaborandum est
vt in electione eius, qui super omnes constituitur non erretur:
Nam totius familie domini status & ordo mutabitur: si quod
requiritur, in corpore non inueniatur in capite. Curetis ergo
dignum ecclesie vestre domini honorandissimi & prestantissi-
mi eligere pastorem: vt cum eo & hic gratiam, & in futuro glo-
riam adipisci mereamini.

**Due numerorum Tabellę ex Breviarij
rubricis excerptę.**

In quarum prima statim videri poterit de qua celebrandum
erit Officium, si plures eodem die festiuitates occurrant: Lea-
ctis tamen prius, que sine prime, vel secunde Classis festiui-
tates, et Dominice, vt inferius patet.

In secunda autem, quomodo festum precedens concurrat in
Vesperis cum sequenti.

**Ex vtrisque Tabellis hoc ordine reperietur,
quod queritur.**

Inueniatur antea numerus appositus in quadrangulo il-
lo, in quo festiuitates de quibus est controuersia sibi inuicem
occurrunt: deinde legatur Versiculus, iuxta dictum numerum
descriptus, et ex eo clarissime videbit, quicquid agendus fuerit.

Ad maiorem autem predictorum intelligentiam sciendum
erit, quod Quadrangulus in quo festiuitates sibi inuicem dir occurrere,
intelligitur ille, ad quem ambe festiuitates, de quibus
controuersia est, ex eorum locis recto tramite progredientes,
perueniunt, ac in eo sibi inuicem occurrunt: Et exempli gra,
Quadrangulus in quo sibi inuicem occurrunt duplex prime
Classis, et Dominica prime Classis, erit qui est in Angulo supe-
riori prime Tabellę, in quo signatus est 1. quia si ad eum, tam
Duplex, quam Dominica predicta, ex eorum locis recto tra-
mite pergerent, in eo sibi inuicem occurrerent: et Versiculus
iuxta dictum numerum appositus erit iste.

**Traslatio de Primo, et Officium de Secundo, id est Du-
plex prime Classis predictum transferatur, et Officium fiat de
Dominica prime Classis predicta: quia cum in Versiculo die
citur de primo, seu precedenti, intelligendum est de festo in su-
periori parte Tabellę appposito, vt Duplex predictum: cum de
Secundo, vel sequenti, de festo in inferiori parte appposito, vt
Dominica predicta.**

Duplex prime Classis.	6	6	2	2	4	6	4	4	1
Duplex secundę Classis.	4	6	2	2	4	6	4	4	1
Duplex.	4	6	2	6	1	4	4	1	1
Patronus Ecclesie.	6	6	2	2	4	6	4	4	1
Dies infra octavam.	4	6	3	3	5	5	3	3	3
Dies octavę.	4	6	2	2	3	7	4	4	3
Semiduplex.	4	6	0	1	1	4	1	1	1
Sancta Maria in Sabbato.	4	0	5	5	5	5	5	5	0
Simpler.	0	3	4	3	3	3	2	2	2

- | | |
|--|---|
| 1. Traslatio de pri. officii de scdo. | 2 |
| 2. Officiu de pri. Traslatio de scdo. | 2 |
| 3. Omne. de pri. officiu de secundo. | 2 |
| 4. Officiu de pri. Comem. de secundo. | 2 |
| 5. Nihil de pri. Officiu de secundo. | 2 |
| 6. Officiu de pri. Nihil de secundo. | 2 |
| 7. Officiu de digniori, Comem. ratio de minus digno. | 2 |
| 8. Officiu de digniori, Traslatio de minus digno. | 2 |

Simpler.
Semiduplex.
Patronus Ecclesie.
Dies infra octavam.
Dies prima Classis.
Dies prima Classis.
Dies prima Classis.
Dies prima Classis.
Dies prima Classis.
Dies prima Classis.

De Ferijs Adventus, Quadrag. Vigiliarum, et Rogationum, fit semper officiu, nisi occurrente in eis festum nove lect. quo casu de ferijs Adventus, et Quadragesime, fit Commem. ratio in vtrisque Vesperis, ac in Laudib. de Vigilijs autem, Quattuor temporibus, et Rogationibus, in laudibus tantum. De alijs ferijs per annum nunquam fit commemoratio, nec de vigilijs occurrentibus in Adventu, Quadrag. et Quattuor Temporibus, vel occurrente in illis Duplici prime et secunde Classis, seu Patrono Ecclesie.

Cum plures sunt comine. sunt hoc ordine. De duplici, de dominica, de die infra octa. de Semid. de feria, et de simplici. Commemoraciones autem de Dominica, de Octava, de festo Semiduplici, et de Sancta Maria in Sabbato in Vesperis sextę ferię, precedunt commemoracioni simplicis sequentis diei.

Duplicia

Duplicia prime Classis,

In quibus nulla fit cōme. quod
in quibus festiua occurrentia
nisi titulus Ecclesie priuile-
gio aliter fieri oporteat.

Passitas Domini.
Pasche. resurrect. Cum tribus
precedentibus, & duobus seque-
ntibus diebus.

Ascensio Domini.

Pentecoste cū duob. seq. dieb.

Corpus Christi.

Natiuita. S. Joannia Bapti.

Festū SS. Apostolorum Pe-
tri & Pauli.

Asumptio B. Marię.

Festum oium sanctorum.

Dedicatio proprie Ecclesie.

Duplicia secunde Classis.

In quibus de simplicib. fit cō-
memor. in Leuitibus tantum.

Circumcisio Domini.

Dominica in Albis.

Festū sanctissime Trinitatis.

Purificatio.

Annunciatio. } S. Marię.

Natiuitas. }

Festa Apostolorum.

Festa Euangelistarum.

Festa S. Laurentij.

Dedica. S. Michaelis Arch.

Dupl. vel semid. occurrens in

vigil. Nat. dñi, & penteco. in fer.

iii. Cinerum, ac in tota maiori

bebdomada transferatur

Dominice prime Classis.

Que nunquam omittuntur.

Prima Aduer. } **P**rima quade-

Passionis. } **P**almarum.

Pasche. } **I**n Albis.

Pentecostes. } **T**rinittatis.

Dominice secunde Classis.

Que non omittuntur nisi oc-
currente Patrono Ecclesie.

Secunda } **A**duertus.

Tertia } **S**eptuagesime

Quarta } **S**exagesime

Dominice } **Q**uinquagesime

Secunda } **Q**uadragesime

Tertia } **Q**uadragesime

Quarta } **Q**uadragesime

Anfra octauas Epiphanię, pa-
sche, & pentecostes, non fit de
duplici, vel semidup. sed trans-
fertur.

Anfra octauam Corp. Christi,
semiduplex tantum transfer-
tur: & de ea, quocunque adue-
niente duplici, fit commemo-
ratio.

Dies octauę nunquam trans-
fertur: ideo quamquam Marti-
ritas Sancti Joannis Bapti-
ste occurrens in die Corporis
Christi, transferatur in sequen-
tez, non tamen transferatur oc-
taua.

